

5

AUSTRIÆ  
NUMERUS TERNARIUS ET SEPTE-  
NARIUS  
IN  
CAROLO III.  
HISPAÑIARUM ET INDIA-  
RUM MONARCHA  
PERFECTUS ET SACER.

AESTUA  
ET TASCORIA ET TERRAM  
MIRAM  
I  
CAGNOI  
HISPANIA MURM ET INDIA  
KUM MONARCHA  
PRAESES ET SACER

## SCHOLIA.

- (a) DEUS Triumus Ipse, Tria fundamenta Theologiae, Tria Juris, Tria jura, Tria fundamenta seu principia Chimica, Trifonum Musices Harmonicum, Trigonius Mathematicos, Tres Patriarches, Tres Microcosmi Partes Essentialies, Tres Archangeli, Tres Stelle Jacobae (vit Jacobobi Statb.)
- (b) Numerus Ternarius 27, modis Austriae tribuitur.
- (c) Coronam Imperatoriam ab Anno 1438. cum Hungarica & Bohemica Albertus Austriacus adeptus est.
- (d) Turcicum (2) Tartaricum, (3) Muscoviticum, (4) Persicum (5) Sinense, (6) Japanicum, (7) Mogul (8) Abyssinum, (9) Fessanum.
- (e) Virgil. Eclog. I.
- (f) Rudolph. I. (2) Albertus I. (3) Albertus II. (4) Fridericus, (5) Maximilianus, (6) Carolus V. (7) Ferdinandus I. (8) Maximilianus II. (9) Rudolphus II, (10) Matthias, (11) Ferdinandus II. (12) Ferdinandus III. (13) Leopoldus. VII. Reges Hispan. a Philippo I. Austriacō ad Carolum hunc III. Serenissimum XI. Hungaria & Bohemia Reges. (1) Albertus (2) Ladislaus, (3) Ferdinandus (4) Maximilianus (5) Rudolphus II. (6) Matthias, (7) Ferdinandus II. (8) Ferdinandus III. (9) Ferdinandus IV. (10) Leopoldus (11) Iosephus.
- II. Electi Poloniarum Reges fuere Fridericus & Maximilianus.
- (g) Regna Europa principaliora possunt esse [1] Germania (2) Hungaria, [3] Bohemia (4) Hispania, (5) Gallia, (6) Portugallia, (7) Anglia, (8) Dania, (9) Svecia, (10) Polonia, (11) Borussia, (12) Italia.
- Regna XII. Hispanie quibusdam sunt (1) Castiliae utriusque (2) Andalusiae, [3] Extremaduræ (4) Legionis, [5] Gallicæ, (6) Aragonie (7) Granadæ, (8) Murciae (9) Valenciae (10) Asturie & Biscaye [11] Navarræ, (12) Cataloniae.
- (h) Regula est Physica,
- (i) Totius orbis suffragio & ipsorum etiam hostium confessione.
- (k) Allud. ad numismata Reg. Galliae Lud. XIV.
- (l) Chronic. Carion. lib. IV. p. 85.
- (m) Ad Jacobum Patriarcham ejusque ex Rahele Filios Joseph. & Benjam.
- [n] Imperat. Leopoldi Symbol.
- (o) Omnes S. R. I. Principes Electores &c. ætate superavit, exceptis Sereniss. Principibus D. Georg. Wilhelmo Duce Brunsvicensi & Lüneb. ac D. Christiano Augusto Comite Pal. Sulzbarensi bis imo ter actum celebravit investiture.
- (p) Horat. lib. Carm. IV. od. 4.
- (q) Natus Ao. 1640. d. 9. Jun. jam agit Annum 63. & quidem Magnum Climacterium quibus DEUS permultos adhuc cum summa felicitate addere velit.
- (r) Fratres Germani Tres; Ferdinandus IV. Philippus Augustus, & Maximilianus Thomas.
- (s) Cœlum tantum unicum habet solem.
- (t) Magdalena Theresia Infans Hispan. II. Claudia Felicitas, Ferdinandi Caroli Austraci Filia, III. Eleonora Magdalena Theresia Elect. Palatin. Philippi Wilhelmi Filia, quæ nata die Tr. Reg. 1655. Anno ætatis 21. Caesari nupsit, Sorores habuit Reginam Portugaliæ jam defunctam & viduatam Reginam Hispanie adhuc viventem.
- (u) Tres vero filios, quorum medius Leopoldus Anno 1684. M. Aug. ad superos abiit;
- (w) I. Reg. cap. 7.
- (x) Tres sunt Archangeli invisibilis Mich. Gabr. Raph.
- (y) Tres Microcosmi partes quidam numerant Essentialies: Animam, Spiritum & Corpus.
- (z) Hæc omnia peracta sunt ab Anno 1700. usque ad præsentem 1703.
- (a) Virgil. lib. 3. Æneid.
- (b) Vid. Laeti Kempubic, Hispan. p. 278. it. Micrael, cum not. Hartnac. P. P. p. m. 178.
- (c) Allud. ad numism. Anglie. nuperimum,
- (d) Rex Praef. Philippus V. cum Avo Ludovico XIV. Gall. Rege,
- (e) De lege Salicâ vid. Tit. XIII. Lin denbrog, it: peccato m. contr. Matth. c. VII. v. 12. it: jus talionis, it: contr. pacem Pyreneam, contr. renunciationem, quam Ludov. XIV. cum Conjuge Mariâ Theresia juratæ fecit tacendo pacta peculiaria inter

inter Philipp. I. Ferdinandum Catholic, it. inter Carolum V. & Ferdin. II. ini-  
ta, it. Fideicommissum Philippi IV. vigore cuius Iola Austria, exclusa Gallia,  
haeres substituitur, vid. Bodin, Micrael. Londorp. Theatr. Europ. &c.

(z) Symb. Caji Julii Caesaris.

(a) Per omnia Tempora Donati, quæ sequentibus versibus exprimuntur.

Quem Pueri primo Donatum discere gaudent,  
Discis Tu Senio Rex Ludovice tuo.  
Donatum dicas Tibi Portocareno Philippon,  
Declinans Carolum collige Regna mihi  
Junxit led fuisse tua lectio, lectio Fausti  
Sed mox infelix, sic quoque Natus erit.  
Declinant atas, Regnum, fors, Argyro-  
theca,  
Sic heu! Donato coniugo fata meo.

Heus semper Turbas Regesque resumere  
cogor.

Sunt mala Donata Tempora cuncta meo,  
Presents Philippon mihi Regem mitit iberum  
Ac imperfectorum Anglia Wallios,  
Perfectum fato nuper mihi misit eodem,  
Jacobum, tumulus corpora cujus habet.  
Plusquam perfectum dederat mihi Sarmata

Conti,

Tempora sic etiam, credo, Futura fore.

(b) Rex Ludovicus XIV. bellis superioribus multa quidem antea occupavit, sed pace  
factu omnia reddere coactus fuit. Tercarius in modo habui Chrem.

(c) Horatius II. Carm. od. 11.

(x) Philippus V. prope Urbe Bajonensem cum Equo in paludem incendens a 4. His-  
panis non potuit salvari, sed succurrentibus 4. Gallis salvatus ac extractus.

(y) Senatus Estampiensis Phil. V. transeuntem solis cancris tractavit.

(μ) De Austria Incolis dicitur, quod Cancros fistula sciant evocare & extrahere è  
fluminibus,

(v) Est mortus Italorum à Tarantuli leorum, vid. Rolf. Wedel. Etmull. &c.

(e) De certo populo & tempore usurparum.

(π) In Ducatu Mediolanensi à Carolo M. & V. caesi, & Rex Franciscus captus. It:  
Galli in Regn. Neapol. luen Vener. prima vice accepertur, it. Vespere Si-  
culæ sunt memorabiles & note.

(ε) Septem Numeri Apocalyptici; it: Enochus fuit Septimus ab Adamo; it bis VII.  
funt Patres ab Abraham ad Davidem, ab hoc bis VII. ad Carcerem Babylonium,  
& bis VII. usque ad Christum, it: VII. sunt Anni Climacterici, VII. sunt  
Artes, VII. Dies VII. olim erant Electores; Septimus a Martio mensis dici-  
tur September.

(η) Hic September putatur Primus Mensis Creationis; hoc mensis etiam Alexander  
M. vicit Darium, eod. Caius Jul. C. Antonium & Cleopatram; Constanti-  
nus M. Maxentium Romanum; Don Jan d' Austria innumerabilem Turcarum  
Classem; & Austria nostra binas Vien. obfisiones, Turcarum hoste superato,  
derisit.

(η) In hoc Testam. vel Fideicommiss. sola Familia Austriaca fit haeres ab intestato,  
quomobrem Carolus II. in præjud. hujus non potuit alter tertiar.

(ν) Vienna solenniter ab Imperat. Augusto Leopoldo, & Josepho Reg. Rom. praesen-  
tibus XXXVIII. Confiliaris intimis, habitæ eleganti ac nervosa oratione jura  
ac pretensiones Austriae in Regna Hispan. &c. accuratisime deducuntur, &  
demonstrantur, similique Carolo III. ceduntur.

(φ) Fuit Ximenes Cardin. & Caroli V. olim Status Primarius Minister fidelissimus.

(χ) Philippus Austri. Maximiliani I. filius cum Uxore Johanna Ferdinand, Cath. Filia  
Regna accepti Hispanica.

(ψ) Maximilianus & Carolus V. Reges Hispanæ, cujus Magnates tegere possunt ca-  
pita, vocarunt Dominos Domitorum.

(ω) Dux d' Orleans dicitur  $\omega \gamma \acute{\epsilon} \zeta \chi \nu$  in Gallia Monsieur.

(A) Vid. Cornel. Nep. in vita Themist. & Dionis.

(B) Virgil. lib. I. Aeneid.

(C) De Fabio & Scipione dicitur.

(D) In vita Julii Caesaris, it: Caroli V.

(E) Virgil. lib. VI. Aeneid. ver. ult.

5 ) 0( 5



**Mne Trinum** <sup>(a)</sup> **Perfetum,**  
**& AUSTRIA Nostra in Numero Ternariò Perfetta** <sup>(b)</sup>

AUSTRIA tot lauris, tot gloriis, tot victoriis superbens,  
TRIA per Secula <sup>[c]</sup> Imperatoria Majestate atque TRIPLOCI Coronâ fulgens,  
& alia inter Orbis IX. Nomen Imperatorum <sup>[d]</sup> ja&tantia Imperia extollens  
caput,

quantum lenta solent inter viburna cupresi. <sup>[e]</sup>

AUSTRIA XIII. Imperatorum, VII. Regum Romanorum, VII. Hispani-  
corum, XI. Hungaricorum, XI. Bohemicorum, & II. Electorum  
Polonicorum Mater <sup>[f]</sup>

AUSTRIA tam Zodiacum XII. Regnorum Europæ, <sup>[g]</sup> qvam XII. Hispa-  
nie illuistrans.

AUSTRIA TRIA, qvæ reliqua <sup>[h]</sup> minora obscurant, habens Lumina  
Mundi Majora:

## LEOPOLDUM MAGNUM <sup>(i)</sup>

hanc pluribus Imparem <sup>(k)</sup>

Divum, Cæsarem, Pium, Felicem, Victorem, Triumphantorem,  
non LEOPOLDUM illum <sup>(l)</sup> AUSTRIÆ Marchionem ab Imperat.

Henricô Aucupe dictum ILLUSTREM, sed

LEOPOLDUM Primum Archiducum, Patriæ ΑΞΧΩν, <sup>[m]</sup> ΑΞΧΩν ΑΞΧΩν.

Regem Regum,

Consilio & industriâ <sup>(n)</sup> ac eâ etiam, alias inter, felicitatum gloriâ præ  
aliis ILLUSTRISSIMUM,

qvâ omnes fere S. R. I. investitos & juramento obstrictos Vassallos, exceptis  
Duobus estate superavit, <sup>(o)</sup>

& qui divisum Imperium cum Jove solus habet

## JOSEPHUM

Magnanimum, Justum, Augustum, qvi

Qvod fuit Aegypto Primus, Iesu alter Joseph.

Hoc sit Romano Tertius Imperio.

&

## & CAROLUM III.

ab HISPANIS anxie desideratum BENJAMINUM,  
Regnum Präsidium, Provinciarum spem, Procerum Delicium, Sub-  
ditorum Votum, Majorum Aemulum,

Qveis si non Major, non minor ipse fiet.

Fortes enim creatur Fortibus, est in Juvencis & in eqvis patrum virtus, nec  
imbellem progenerant Aqvilæ columbam. (p)

LEOPOLDUM, Tres qui postbis *Trias* Lustra annos natus, (q)

Tres habuit Fratres orbi jam demptos, (r)

nam *solum* *Solem* *solum* habet *Solum*, (s)

Tres Uxores Europæ *Charites*; [t]

*Aglam* HISPANICAM, Majestate ac Hæreditate donata,  
*Thaliam* AUSTRIACAM, venustate & Confangvitate felicem,  
*Euphrasian* PALATINAM, pietate & fecunditate beatam,  
*Trium* Regum Matrem familias, *Trium* R. die natam, *Trigam* Sororum Regi-  
am completem ter septimō annō nuptam,

LEOPOLDUM, Tres qui habuit ex Liviâ Charissimâ Filios, qvorum  
Medio orbatus, (u)

qvò Duobus hisce instar *Columnarum Salomonearum* sola staret orbis felicitas, [w]  
LEOPOLDUM Tres cum Filiis hisce constituentem visibiles Europæ  
archangelos, (x)

*Trias* Macrocosmi Fulcra, (y)

qvæ TRINA hæc omnia reddunt *Perficiam* & ipsam AUSTRIAM, &  
AUSTRIACUM nostrum **CAROLUM TERTIUM**,

*Tertium*, ut jam dictum ex *Tertiâ Natum*,  
& Annō (z) *Tertio* post Seculum XVII, *Tertio* post Carolum II. *Tertio* post Jubile-  
um, *Tertio* post occupatam à Gallis Hispaniam, *Tertio* post Clementem  
Pontificem creatum, *Tertio* post novum Bellum Gallo-Hispanicum,  
singulari sed felici, faxit Deus, *fato*, etenim

Fata viam invenient eadem, qvæ *fata* vocarunt, (a)

REGNA Recuperantem HISPANICA.

*Tertius* olim (b) HENRICUS *Valestudinarius* dictus ope *Uxoris Britann.* Prima po-  
fuit Hispaniæ fundatrix Monarchia,

*Tertio* qvæ jam à CAROLO, à CAROLO II. *Valestudinario* sed piô ac Clementi  
*Valestudinario* relicta, adjuvante *Britannorum* PALLADE (c) restituitur  
DUO quidem haec tenus vii sunt REGES (d) EXREGES Hispaniarum, quos  
contra (e) Legem Salicanam, contra juramenta, contra renunciations, contra fami-  
liae paſta, contra Philippinum

Testamentum, contra Regnorum vota, contra Europæ consensem, & propriâ  
auctoritate factos Regulos

*Tertius* & Legitimus (f) CAROLUS veniendo, videndo, vincendo mox  
superabit.

Et sic LUDOVICUM per omnia (g) *Tempora* Regulos recipientem suos  
infelicem reddet Regificem,

Obilo

*Chilo Lacedemonius*, quid faceret Jupiter? interroganti responderet:  
Excelsa deprimit, depressa extollit.

Symb. *Neronis*: ne quis quid habeat; *Ludovici*, ne quis plus habeat.  
sed Eheu!

PHILIPPE ANDEGAVENSIS nomine & titulo  
infelix ominoso!

quid juvat<sup>(b)</sup> Gallorū more multa brevi habere, & mox ad Chremetem habuisse  
dicere?

non<sup>(c)</sup> semp er idem floribus est honos  
vernus, neque uno Luna rubens nitet

vultu, quid eternis minorem animum fatigas?

Gallorum fortuna volubilis, Cometa, Planeta sub *Cancri* signo errans.

Quod & *Omen Rajonense*,<sup>(d)</sup> & *Coena Estampiensis* præfigit, adeoque  
ut nuper *Cancris* tractat Te ESTAMPA, Philippe!

Sic eris ut *Cancer*, Regule! retrogradus.

Nam AUSTRIA ex *Ternario* Numero Perfecta, non *Cancros* in Carniola  
<sup>(e)</sup> tantum, sed & Te

Tu quoque ex Hispania & Gallia sic facere saltantes.

non *Chorea* Sti Viti<sup>(f)</sup> morbo Italicae communis, sed *malo Gallis Endemio*,<sup>(g)</sup> quo  
MEDIOLANUM, Clades NAPOLIS pestis, SICILIA mors, & tandem HISPANIA  
infernus erit<sup>(h)</sup>

Sic Philippe! (si cedere majori non sit pudor inferiori,) cede CAROLO III, &  
Austriacos inter Hispaniarum Regi VII

ut Ternario Numero Perfecto, sic & Septenario & felici & Sacro<sup>(i)</sup>  
& Mense præprimis *Septembr.* AUSTRIÆ semper fatali at felici,  
felicitissimo<sup>(j)</sup>

Mense enim *septembr.* anno 1665, publicato in Testamento Philippi<sup>(k)</sup> declaratur  
Familia AUSTRIACA, & per consequens CAROLVS III.  
Hæres Hispaniarum.

Mense præterito *Septembr.* <sup>(l)</sup> a.c. solenni Panegyri Parens & Frater  
Serenissimi CAROLO III. Tria cedunt HISPANICA:

## NOMINA, JURA, REGNA.

Sic, quæ sub seculo XV. olim CAROLUS V. vel I., & seculo XVII. nuper  
CAROLUS II. reliquit,

Sub initio XVII, applaudente toto fere Orbe cordato, recipit  
CAROLUS III.

rumpantur ut Ilia Gallo, Momo & Portocarero:

ante bis VII lustra in exitium Europæ, perniciem Hispaniarum & præjudicium  
Austriæ *nato*, invalido Notariatu

*nato*, Ximenis<sup>(m)</sup> fide successe ore *infido* & *invido*, ingrato  
AUSTRIÆ Cuculo.

Cujus

Cujus *Nomen*  
Ex rebellione *Compostellensi* & perdita *Goletta* a Consanguineis olim  
confuscatum  
duobus & funestum, jam *anathematicum*, & a CAROLO nostro III.  
forisitan plane & proxime delendum,

Pro quo jam militat Deus & justitia cause;  
Cui, quia a *Philippe I.* olim *bono titulo* & morte *Carolo V.*, jam a *Philippe V.*  
*malo titulo* & sorte ceduntur (x)

Sic redit ad *Dominum*, quod fuit ante suum, Et qvidem ad  
*Dominum Dominorum* (y)

Duces Galliae Aurelianenses *xar iōχn̄ w̄* profitentur  
*nomen Domini*,

Sed tantum theoretice & *xaraxγενσιως*,

Non enim sunt *Domini*, nisi Rex *Dominus* non amplius sit *Domini*.

Duplex olim (A) Expeditio Xerxis & Dionis,  
Tertia jam Philippi, antea *velox* & *felix* tandem *infelix*.

### Sed, IO HISPANI!

De *Equo Sejano*, *Equo Trojano* de *sinone* sero qvidem sapiunt  
*Cantabriorum Phryges*

Solvite corde metum tandem, secludite curas, (B) veteresque  
componite luctus.

Teutonicis ad Vos etiam conversus ab oris

AUSTRIACUS Princeps jam parat ire vias.

Et qui haftenus a vobis creditus *cunctans*,

Unus Homo vobis *cunctando* restituet rem. (C)


### IO! HISPANICA NAVIS!

Ut *Carolum V.* olim & *Cesarem*, sic jam *Cesari* similem CAROLUM III.  
vehes. (D)

Sic brevi, quod faxit *Phoebus*, post *Eclipsin Gallo-Hispanicam Phoebus*,  
post *nubila jubila*,

Sic fortuna Hispanica tandem erit in vado, in portu,  
Anchora de prora jacitur, stat littore puppis. (E)

Lic. Johannes Gerhardus Grüningius,  
Stolbergensis Thuringus.



Ung VI 3

10 18  
13 17



5

B.I.G.

Farbkarte #13



STRIÆ  
ERNARIUS ET SEPTE-  
NARIUS  
IN  
OLO III.  
ARUM ET INDIA-  
MONARCHA  
TUS ET SACER.